[1]) *In Wiener Neustadt.*

[2]) *S.o.* Nr. 1054.

[3]) *Einen gerafften Überblick über den Ereignisverlauf bietet Zibermayr, Legation 66–70; ausführlicher sodann Beneder, Abt Hermann von Rein 103–109. Zu den beiden Äbten Johann Yttstein von Alzen und Johann Poley s. Beneder, Abt Hermann von Rein 104; zum ersten auch: Dictionnaire des auteurs Cisterciens I 34. Zum Fortgang der Sache s.u.* Nr. 1188b.

## ⟨1451 April 10, Heiligenkreuz.⟩[1]) — Nr. 1188b

*Abt Hermann von Rein bekundet, daß er bei der Ausführung des ihm durch NvK erteilten Auftrages in Heiligenkreuz übereinstimmend mit der Autorität des Generalkapitels des Zisterzienserordens gehandelt habe. Abt Heinrich von Ebrach billigt kraft seiner ihm vom Abt von Morimond erteilten Autorität die vorstehende Erklärung des Abtes Hermann und die darauf gestützten Maßnahmen. Die Äbte Gerhard von Viktring und Gottfried von Dreifaltigkeit schließen sich der Erklärung Hermanns durch Mitsiegelung an; ebenso der Konvent von Heiligenkreuz.*

*Kop. (Mitte 18. Jh.):* Rein, *Stiftsarchiv, Hs 107 (s.o.* Nr. 1188a*) II p. 355–357.*
*Erw.: Beneder, Abt Hermann von Rein 105.*

*Hermann führt aus,* quod cum nos *usw.* ex commissione *des NvK* speciale mandatum sanctissimi domini nostri pape ad ordinem Cisterciensis habentis, ut suis pretendebat in litteris[2]), unacum venerabilibus patribus et commissariis nostris de Victoria et de S. Trinitate abbatibus, concurrente nichilominus una nobiscum venerabili patre domino Heinrico abbate Ebracensi ex speciali commissione venerabilis in Christo patris ac domini d. Iohannis abbatis Morimundi[3]) ac assidente nobis omnibus domino Petro abbate de Campolili ad actum visitationis, quem salvo favore predicti domini legati et maxime absque maxima displicentia regie maiestatis minime declinare voluimus, in monasterio S. Crucis in Austria procedere deliberassemus, commissiones quasdam per reverendum in Christo patrem ac dominum d. Iohannem abbatem Morimundi in plenaria auctoritate domini ac capituli generalis Cisterciensis nobis factas publice in capitulo cunctis patribus cum conventu capitulariter congregatis pretendentes solempniter protestati fuimus, quod, quamvis commissio domini legati ac regie maiestatis nos ad eundem actum inducerent, nihilominus in ea, que facturi essemus, auctoritate ordinis plenaria ac domini et capituli generalis Cisterciensis prosequi et facere intenderemus, qua sufficienter suffulti sumus et legitime fungebamur, prout in litteris desuper confectis clarius elucescit, quas in eodem capitulo etiam parati sumus demonstrare.[4])

*Abt Heinrich von Ebrach erklärt,* quod nos auctoritate ordinaria nobis per reverendum in Christo patrem ac dominum d. Iohannem abbatem Morimundi commissa in predicta visitatione abbatis tunc regentis cessioni ac nove substitutioni cum prenominatis patribus concurrimus, predictam protestationem domini abbatis de Runa audivimus et omnia ac singula, que fiebant, rata ac grata habuimus auctoritate paterna nobis in hac parte commissa[5]) omnia et singula approbantes. *Siegelankündigung.*

*(Es folgen die Anschlußerklärungen der übrigen oben Genannten, denen die Mönche von Heiligenkreuz anfügen:)* eosdemque patres *(nämlich die vorgenannten Äbte)* non solum auctoritate domini legati, sed tanquam visitatores auctoritate ordinis, domini et capituli generalis Cisterciensis ac patris nostri ordinarii visitatoris recepimus et admisimus eisque pro nostra possibilitate obedientes eramus, prout ex ordine et ipsorum commissionibus fuimus obligati.[6])

---

[1]) Nr. 1188b *folgt bei Lehr in unmittelbarem Anschluß an* Nr. 1188a *mit der Datierung* die mensis etc., *also wie* Nr. 1188a. *Lehr ergänzt danach am Rande:* x.

[2]) *S.o.* Nr. 952 *Z. 48.*

[3]) *Vgl. Zibermayr, Legation 67.*

[4]) *Johann Yttstein hielt dieses Schreiben für gefälscht; s.u.* Nr. 1689 *Anm. 3.*

[5]) *Nämlich in Vertretung des Vaterabts von Morimond; s. Zibermayr, Legation 67.*

[6]) *Zum weiteren Fortgang s.u.* Nr. 1195.



Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.